

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Zacharias G rape Liborius Depkin

Disputatio Metaphysica De Cognoscibilitate

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730587134>

Druck Freier  Zugang



Ru phis 1674
Jactanias Snape
Liberius Sopkin



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730587134/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730587134/phys_0002)

DFG

Q. D. T. O. M. B. V.
DISPUTATIO METAPHYSICA

De
**COGNOSCI-
BILITATE,**

Quam
Amplissimo Philosophorum Ordine
Consentiente,
In Illustri Academia Varno-Baltica,
SUB PRÆSIDIO
VIRI

Admodum Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi,
DN. ZACHARIÆ GRAPII,
S.S.Theol. Licent., Physic. ac Metaphys.
Prof. Publ. ut & Ædis Catharinianæ Pastoris
fidelissimi, vigilantissimi,
Dni. Præceptoris, Hospitis, ac Fautoris sui æternū
colendi, devenerandi,
Publico Eruditorum examini submittit
LIBORIUS Deplin Rigå-Livonus,
Autor & Respond.
Ad d.XV, Augst. A. R. S. clo cI LXXIV.
In Acroaterio magno Academicō,

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr.



SECTIO THEOREMATICA. THEOR. I.



Ognoscibilitas est unita Entis affectio, intellectivam Entis perceptibilitatem dicens; seu: quā Ens idealiter perceptibile est.

Explicatio.

§. 1.

Qui Eumethodia præcepta tradunt communiter ab *Etymologis* tractandorum initia facere solent. Nobis hic labor parum negotii facilius posset, cūm vocis originatio nihil in præsentia dī institutum nostrum conferat; ut tamen antiquum servemus, Cognoscibilitatem deducimus à *Con-*, (quod ante *gn* annot. *Bangio in Observ. Phileolog.* p. 21, abicit n.) & *Gnoscō*, quod adhibuisse *Varronē* idem testatur p. 563. *Gnoscere* autem à *Grac. γνῶσσα*, abjecta reduplicatione, unde *G.* adhuc manet in compositis; hāc tamen *animadversione*, quod Cognoscere tumatur vel in populari; & sic denotat eos, qui prius ignoti erant, noscere, & oppositum habet agnoscere, quod de olim notis dicitur; vel in *forensi* significatione, & sic *Judex* Cognoscere dicitur, dum de causa querit, disceptat, litigatoresque pro tribunali audit vid. *Franc. de S. Quercu in Diction. Latin. Anglic.* ad vocem *Cognoscere*.

§. 2. Nec *Synonymia* crucem disputantibus figere potest, cūm vix quispiam nobis propterea litem movere ausus fuerit, quia potius ejus loco *Homonymie*, cūm sit errorum genetrix, in cognoscendo a illud: *Clarē* ac *dīstinctē*: valeat, curam habemus. *Accipitur a. Cognoscibilitas h. l. i. non impropriē*, pro cognoscib. rationis ratiocinantis, quæ præter mentis fictionem non habet fundamen-
tum in re & non-enti competit; sed propriē, pro Cognoscib. rationis ratiocinatae, quæ in ipsis rebus fundatur, & vero Enti tribuitur. Nec

A

i. late.

2. latè, pro cognoscib. & sensuali, quâ aliquid sensibus, tam internis
quam externis, est cognoscibile: & intellectuali, quâ aliquid intellectu-
al est perceptibile; sed stricte, pro cognoscibilitate tantum intellectu-
ali. Nec 3. actualiter, pro ipsa cognitione, quâ Ens actu cognosci-
tur; siquidem in tali significatu accidat tantum Ens, nec omni enti
in sit ac competit; sed potentialiter, pro Cognoscibilitate, quâ Ens
in se cognoscibile est & cognosci potest, & hæc significatio enti essen-
tialis est, siquidem omni enti competit. Nec 4. inadæquate, pro in-
tegro habitu, qt. illius objectum adæquatum dicunt esse Cognosci-
bile, & novam à Metaphysica disciplinam inferre, quæ Gnostolo-
gia salutatur; sed adæquate, pro affectione vera, adæquata & unita
Entis, qt. est objectum inadæquatum seu partiale Metaphysics. Nec
5. materialiter & concretive pro ipso Ente cognoscibili; sed formaliter
& abstractive, pro cognoscibilitate, qt. inadæquatum conceptum
paronymicum, nempe idealem perceptibilitatem, Enti superadditum
& ab illo formaliter distinguitur. Nec 6. contrarie, qt. ad modos suos
inferiores contrahitur; sed abstracte, qt. abstrahit à modis suis infe-
rioribus.

S. 3. Absoluto definito, enodamus quæ circa ipsam defini-
tionem occurunt. Notum autem est omnem definitionem adæ-
quatam logicam è prædicamentorum classe, tanquam locuplete de-
finitionum promptuario de promendam esse; Verum, cum cognos-
cibilitati h. l. spectata certus in prædicamentis locus haud assignari
possit, tali acquiescimus, qualis haberi potest, definitioni; Rationem
hanc suppeditantes, quod subjecti & affectionum adæquata detur
proportio: quemadmodum ergo ipsum subjectum, Ens sc. genera-
lissimum dicitur & transcendens, eò quod communitate Entitatis
& prædicationis omnia transcendat prædicamenta; sic etiam affec-
tiones eadem gaudent immunitate, eodem jure, quippe quæ natu-
ram sui subjecti imitantur. Interim Observandum, quod defini-
tiones transcendentales analogæ sint definitionibus prædicamentali-
bus: Ut itaque in his genus & differentia specifica occurunt; sic
quoque in illis. Genus ergo cognoscibilitatis statuimus affectionem
Entis Metaphysici sc. quia necessariò consequenter illud afficit, ac
novum conceptum inadæquatum ipsi superaddit; & quidem unitam,
quod unitim illud afficiat ac denominet, uti disjunctæ disjunctim,
sic rectè infero: O. Ens est cognoscibile: & quicquid est cognoscibile,
est

est Ens. De quibus pluribus in sect. Elencht. *Differentia specifica* est *intellectiva s. idealis Entis perceptibilitas*, quâ Ens intellectui creato cognoscendum sibi potest; qui *Conceptus formalis adaequatè specificat cognoscibilitatem*, eandemque à cæteris omnibus entis affectionibus verè distinguit: Ut taceamus, quod convertatur cum cognoscibilitate & P. C. cum cognoscibili: *Q*enam cognoscibile est illud idealiter perceptibile est, & contra.

§. 4. *Cognoscibilitas terminative* consistit in *intellectiva Entis perceptibilitate*, licet sensualem Entis perceptibilitatem quandoque præsupponat & in illa *inchoative* consistat. Hinc & adjecimus terminum *idealiter ab idea descendenter*, quæ accurate loquendo nil aliud est, quam *conceptus mentis s. species intelligibilis*. Licet hic NN. distinguant inter *ideam eminenter* talem, quam unâ cum Platone intellectui increato; & *formaliter* talem, quam intellectui creato tribuunt.

§. 5. Per *intellectivam* verò *perceptibilitatem* intelligimus *abstractivam* *perceptibilitatem*, quatenus sc. ab omni Ente abstrahit, adeoque indiscriminatim ac indifferenter Enti competet.

§. 6. *Formale cognoscibilitatis* non tam *actualiter* quam *potentialiter* effundendum, cum omnis affectio in actu, ut ajunt, primo, non secundo, verificetur de suo subjecto; & ipsa rei cognitio Enti tantum sit *accidentalis* non *essentialis*.

§. 7. Tò *idealiter* h. l. nobis idem est ac *conceptibiliter* s. *mentaliter*, ideo quod omne Ens per suam *ideam menti nostræ representari*, atque ita à nobis cognosci possit.

THEOR. II.

*Cognoscibilitas immediatè distinguitur in supernaturalem & naturalem: illa est Entis mystici s. supernaturalis perceptibilitas; hæc est Entis naturalis perceptibilitas. Naturalis subdividitur in illiberalem, & est Entis illiberalis; & liberalem, estque Entis liberalis, perceptibilitas. Liberalis rursus dividitur in instrumentalem s minus principalem, quæ est Entis notionalis; & realem s. principalem, quæ est Entis realis, perceptibilitas. Realis iterum est vel *absoluta*, Entis sc. Philosophici; vel *subalternata*,*

A 2

Entis,

Entis; Philosophico Enti subordinati, perceptibilitas. Illa
absoluta sc. rursus dividitur in *Theoreticam*, quæ est Entis
philosophici necessarii; & *Practicam*, quæ est Entis phi-
losophici contingentis, perceptibilitas. *Hæc* verò sub-
alternata est vel *Juridica* vel *Medica*. Illa est Entis Juridici,
philosophiæ practicæ subordinata; *Hæc* verò Entis Me-
dici, Physicæ subordinata, perceptibilitas.

Explicatio.

§. 1. Divisio hæc non univoca; sed analogica, non prædicans
mentalism; sed transcendentalis est. Qualis enim definitio cogno-
scibilitatis, talis quoq; divisio exspectanda, cum hæc duo naturali-
q; & indissolubili nexo cohæreant, & ordine seinvicem excipient.
Jam verò Theor. prox. monitum fuit, definitionem cognoscib. esse
tantum transcendentalem non prædicamentalem, analogiam non
univocam. Parium itaque pars ratio est.

§. 2. Modus, quo Ens supernaturale s. mysticum & cognoscibile
est & actu cognoscitur, est divina revelatio; uti modus ordinarius sc. quo Ens naturale cognosci potest, est lumen naturæ &
subjectivè & *objettivè* tale, s. quatenus in ipsis rebus naturalibus latet
ac fundatur, & quatenus per principia generalissima & prima, nobis
innata, objicitur. Dico, quod modus ordinarius cognoscendi Ens
naturale sit lumen naturæ; cum & modus cognoscendi illud extraor-
dinarius derur: nempe infusio ac inspiratio tam divina, quam an-
gelica.

§. 3. Ens illiberale, corporis gratiâ, uti Ens liberale, animi
gratiâ, est cognoscibile; & licet illud Philosophia quoquo modo
cognoscat, inde tamen non sequitur quod sit objectum directum &
adæquatum Philosophiæ.

§. 4. Ensnotionale illud est, quod notiones secundas; reale,
quod notiones primas, exhibet, utrumque ad Philosophiam spectat,
eandemque compleat.

§. 5. Ens subalternatum nihil aliud est, quam Ens alteri
Enti subordinatum, non tam ratione finis & proprietatum, quam
ratione objecti, diverso modō spectati. Hinc disciplinarum subal-
ternatio prognoscitur, de qua videatur Scheibl. I. I. c. I. tit. 5. art. 2.
punct. 1. Metaph.

THEOR.



THEOR. III.

Media, quibus Ens potentia cognoscibile actu cognoscitur, sunt duo: *Conceptus & Abstractio*; quorum unum medium apprehensionis & representationis, per quod Ens cognoscibile ab intellectu apprehenditur; alterum *actualis productionis*, quo actualis rerum cognitio producitur, vocatur. Est autem *Conceptus species intelligibilis*, quā Ens, extra intellectum existens, idealiter præsens sibi intellectui ad cognoscendum, ut in se est.

Explicatio.

S. 1. Quod *Conceptus Etymologiam* attinet illa duplex esse potest: alia *Grammatica*, prout conceptus substantivè accipitur, & sic deducitur à Con- & Capio: alia *Logica*, & sic conceptus idem est ac ipsum abstractum & forma denominans.

S. 2. *Homonymiam conceptus* quod concernit, sumitur 1. vel propriè, quatenus genetrici competit, & significat actum concipiendi foetum. Vid. Armand. de Bello Visu in Explic. Termin. p. 110. vel figuratè & metaphorice, in quantum propter aliquam analogiam adhibetur, quam Georg. Mejerus in Gnostolog. p. 186. hanc suggerit: *Quemadmodum ex congressu maris & feminæ intra uterum concipiatur foetus*, qui conceptus per nativitatem editur in lucem. sic ex Concurso & unione intellectus & Objecti, cum sc. objecti species s. idea, menti representata, ad sensum communem, debinc adphantasiæ, sensuum exteriorum ope, defertur, species producit intelligibiles, que intellectui representare sub conceptus nomine venire solent. Tandem accedit intellectus agens, è speciebus sensibiliibus intelligibiles procreans, propriis functionibus accommodatis, quas, dum intellectus patiens recipit, receptas ponderat, dijudicat animaq; representat, tota absolvitur intellectio. 2. vel inadæquatè, pro conceptu objectivo: vel adæquatè, pro conceptu formalí, quorum ille spurius, hic vero genuinus conceptus est. Vid. Sect. Elencht. 3. vel abusivè, pro conceptu tam equivoco, qui & equivoca menti representat, quam falso, qui rem aliter, ac in se est, intellectui objicit: vel accuratè pro conceptu synonymous, qui determinatum quid; & vero, quirem, ut in se est, menti sibi.

4. vel nominaliter, pro conceptu vocabulorum

ac terminorum technicorum; vel realiter, pro conceptu ipsarum rerum, per vocabula & terminos, menti objectarum. Nos figuratè, adæquate, accuratè & realiter conceptum hic accipimus.

§. 2 Conceptus, annot. Cajetano, sumitur etiam partim pro cōceptiva s. intellectiva potentia; partim pro ratione concipiendi seu specie intelligibili; partim pro actu cōcipiendo formalis; partim pro aliquo formato per actū intelligēdi, nimirū pro verbo mentis; partim pro objecto tam conceptibili, quatenus adhuc nondum conceptum est, aptum tamen est ad concipiendum; quam jam concepto, prout terminat actum concipiendi seu intelligendi, qui communiter appellatur conceptus objectivus. Confer Castan. distinct. Philos. p. 70.

§. 3. Synonymiam cum Ebræis damus ḥrrה ex ḥrrה concepit: cum Græcis ρόνηα: cum Latinis notionem, ideam, speciem, imaginem: idque idē, quia intellectus agnoscens v. g. hominem format sibi speciem rei objectæ, quæ species seu idea Conceptus nomine venire solet. Subtilissimus ille Scaliger in Exercit. suis, exere. 307. p. 960. Conceptum vocat portitorem, ratio est, quia per conceptum intellectus sese infert in rem, & res per speciem, menti objectam, in intellectum.

§. 4. Species, quam genus proximum Conceptus ponimus, hic nobis eadem est ac imago: siquidem non ipsæ res nostrum ingrediantur intellectum, sed per sui imaginem eidem repræsententur. Quando autem subjicimus rō intelligibile, conceptum speciem intelligibilem vocantes, idē fit, ut eundem contradistingvamus speciei sensibili; quarum illa in intellectu, hæc in sensibus residet, & una alteram l. præsupponit, l. plane negat; ita, ut vel una cum altera, vel una sine altera esse queat: sic in homine quandoque sunt simul, in brutis vero tantum adeſt species sensibilis non intelligibilis.

§. 5. Ens in definitione conceptus non in proprietate, etiam pro non-ente; sed proprietate, pro vero & adæquato Ente capitur, cùm Non-Ens in se & absolutè tale non sit conceptibile; sed tantum ad modum veri Entis concipiatur: Nec nimis strictè, pro speciebus tantum Entis; sed latè sumitur, pro modis etiam entis, quippe qui etiam conceptibiles sunt, seu concipi queant.

§. 6 Uti quodvis agens non agit in distans, sed in adstantis; sic quoq; intellectus non agit in distans, sed in adstantis; & res aliæ distantes & absentes sibi efficit adstantes & præsentes, per conceptum, qui res extra intellectum existentes eidem præsentes siste.

§ 7.

§. 7. Conceptus ipsi rei adæquatus esse debet, cū habeat sese ad illū, ut signum ad suū signatū; jam vero omne signū adæquatum, i. e. maxime portionatū esse debet suo signato: quod si ergo conceptus alius est, ac ipsa res extra intellectum existens, non verus; sed talis est.

§. 8. Alii, in respectu ad intellectum agentem, etiam definiunt conceptum, quando pronunciant: *Conceptum speciem ab intellectu formatam*, cūm tamen intellectus ad conceptum hīc sese non activē sed potius passivē habeat, quatenus species rerum in se recipit & mediantebus illis res cognoscit.

§. 9. Requisita conceptus formalis alias hæc commemorantur: 1. rei conceptæ & ipsius conceptus similitudo. 2. dependentia ordo. & 3. proportionis adæquatio, prout ex dictis satis superque constat: confer inter alios Mejerum c. 5. sect. 1. Thes. 2. part. gener. Gnostologiae.

THEOR. IV.

Conceptus commodissimè & immediatè distingui potest in realē, qui rem immediatè; & notionalem, qui rem mediataè, intellectui repræsentat; quorum ille est notionum primarum, hic notionum secundarum. Utique vel simplex, quō res simpliciter apprehensa; vel *compositus*, quō res sub aliqua compositione, objicitur. Realis l. *Theoreticus*, qui rem sub ratione nudi intelligibilis; vel *practicus*, qui rem sub ratione agibilis repræsentat. Ut ergo rursus l. à priori, qui rem à priori, i. e. per essentialia constitutiva; vel à posteriori, qui rem à posteriori, i. e. per essentialia consecutiva; vel per accidentalia, tam intrinseca, quā extrinseca intellectui cognoscenda idealiter sistit. Notionalis subdividendus pro diversitate notionum secundarum in *Grammaticum*, qui notiones secundas Grammaticas; *Rhetoricum*, qui notiones secundas Rhetoricas; & *Logicum*, qui notiones secundas Logicas intellectui cognoscendas repræsentat.

Explicatio.

§. 1. Pro ratione ac diversitate rei conceptæ, quam & conceptum

ptum objectivum vocant, variat etiam conceptus, & totuplex est, quotuplex illa. Cum itaque conceptibile sit vel notio secunda, vel prima, etiam conceptus primò & immediate dividitur s. potius distinguitur in notionalem & realem.

§. 2. Sunt, qui Conceptum dividunt in *univocum* & *analogicum*, quorum ille, qui & nomen & definitionem suis inferioribus aequaliter tribuit; hic verò, qui nomen & definitionem inaequaliter tribuit inferioribus item in conceptū *Convenientia*, quando genus vel conceptum latiorem concipio; dicitur *conceptus latior contrahibilis & limitabilis*; & *Distinctionis seu differentiae* cum differentiam vel conceptum formo strictiore & limitantem, vocatur; *conceptus differentialis, limitans ac contrahens*. Verùm illæ vel divisiones vel distinctiones commodè referri possunt ad conceptum notionalem logicum, adeo ut haud opus sit peculiaribus illis distinctionibus. Et, si omnes conceptus notionalis modos specialissimos enumerare vellemus, non unica hæc sufficeret distinctio in *univocum* & *analogicum* conceptum, sed plures requirerentur.

§. 3. Utrumque Conceptum & notionalem & realem distinguimus in *simplicem* & *compositum*, siquidem in utroque datur simplicitas & compositio pro varietate notionum primarum & secundarum, simplicium & compositarum.

§. 4. Distinctio realis conceptus in *Theoreticum* & *practicum* non tantum concernit universam Philosophiam; sed & superiores quasque Facultates: Theologiam, Jurisprudentiam & Medicinam; nam uti cognoscibile hic generalissime accipitur; ita etiam conceptus, cum instrumentum suum sequatur instrumentatum.

§. 5. Conceptus à priori, uti commode salutari potest conceptus constitutivus; sic conceptus à posteriori dici potest conceptus consecutivus. Not. verò quod duplex hic conceptus quandoque complexè acto taliter sumatur, prout uterque & constit. & consecutivus includitur: & appellatur *Conceptus Quidditatus*, quem ita describunt: quod totam rei essentiam & omnia prædicata essentialia usque ad ultimam differentiam sistat. quendog, autem incomplexè ac partialiter, & *Conceptus Quidditatis* audit, qui non totam essentiam rei, sed tantum quædam ejus prædicata repræsentat. Vid. Miseri. Gnostol. cit. loco. Thes. 5.

§. 6. Solent etiam conceptum distingvere in *archetypum*, quem

quem vocant causam exemplarem in mente artificis, ad quam res producitur; & in *Ectypum*, qui est mentalis rei existentis apprehensio. Verum cum haec distinctio sit tantum modalis & respectiva, non diversas species conceptus; sed diversos tantum illius modos ac respectus inferens, proinde tutius omitti potest. Inficiari enim nemo potest conceptum archetypum & ectypum quandoque versari circa unam rem, eandemque diversimodè modificare. Sic e. g. Architectus, quando primò concipit ideam alicujus domus exadficandæ, fovet conceptum ectypum; quando autem juxta illam, in mente conceptam ideam, extruit domum, fit ille conceptus ectypus archetypus: adeoque non re; sed tantum modò duplex ille conceptus differt; jam vero modus rei non variat rem s. novā illius infert speciem.

§. 7. Subjiciunt & alii distinctionem conceptus in *non-ultimo* *matum*, qui à distinctis inferiorum conceptibus præscindit; & *ultimo*, ubi ad ultimam rei differentiam perveniens subsistit: verum, cum & haec distinctio conceptus respiciat genus remotum & proximum, speciem specialissimam & subalternam, etiam illa meritò spectat ad conceptum Logicum & notionalem; adeoque eidem subordinari debet, si nim. quis omnia & singula genera conceptus notionalis enumerare velleret, quod tamen meum haud est propositum, nec limites Metaphysicæ, quæ disciplina universalissima, cujus objectum inadæquatum conceptus est, permittunt.

THEOR. V.

Abstraction est operatio intellectus creati, quâ res à re mentaliter sc. præscinditur, & à conditionibus individualibus, materialibus & accidentalibus separata, formaliter menti ad cognoscendum sistitur.

Explicatio.

§. 1. Primò sese offert *Etymologia Abstractionis*, ab abstractendo dictæ. Abstrahere autem, quatenus sc. opponitur abstractioni Physicæ, nihil aliud est, quam rem à re mentaliter præscindere, & unō relictō alterum menti sistere ad contemplandum. Ita abstractionem accipiunt Fonseca p. 999. l. 5. Met. Conimbr. p. 43. Scheibl in Logic. p. 25. Baranzan. part. 1. Summ. Philos. disp. 3. q. 3 Hurt. de Mendoza. disp. 1. Met. sect. 6. Eustach. de S. Paulo part. 1. Phil. quadrip. p. 27. Isend. Cent. 2. effat. Phil. effat. 65. Paul. Voëtius in Phil.

prim. reform. p. 34 Keslerus p. 33. Exam. Logic. Photin. & alii.

§. 2. Abstractio sumitur 1. vel activè , pro ipsa actione intellectus ; vel passivè , pro ipsis rebus abstractis . 2. vel subjectivè s. realiter , prout in ipsis rebus fundatur ; vel objectivè , prout ad intellectum refertur & ad illius judicium aestimatur . 3. vel inadequatè , qualis est (α) Grammatica secundum quam Mendoza & Calvinianorum NN. abstractum dicunt esse solum nomen substantivum , concretum verò adjectivum , quam sententiam reprehendit Chemnitius de duab. Nat. in Christo fol. 3. Meisnerus p. 566. part. 1. Phil. Sob. Jacobus Martini p. 104. Instit. Logic. taxat Philippum , quod statuerit abstractum esse substantivum , & concretum adjectivum , quando dicit : verum hoc esse plerumque , sed non semper , preprimis in exemplis non adeò usitatis : alias enim sequeretur in doctrina de Pers. Christi Humanam Naturam de Christo in abstracto predicari debere , & dicendum : DEI est humanitas , quod absurdum . Quid quod ipse Philippus in LL. CC. doceat in loco de Christo humanitatem esse abstractum , concretum verò hominem . Ut taceamus , quod hoc in communissimis quibusque exemplis non procedat ; sic Rex , Consul , Judex , sunt substantiva ; & tamen sunt concreta , cū Rex sit persona regimine praedita , & sic in reliquis . (β) Logica , quā vox , simplicem significandi modum habens , solam designat formam , & sic abstractioni opponitur concretum . (γ) Physica , & est realis quādam segregatio , v. g. avulsio rami ab arbore . (δ) Scholastica , quando abstracta naturarum in Christo θεον θέωτη Theologi Scholastici ab abstractis personæ distinguunt . (ε) Sensualis , quando species sensibilis ab objecto sensitivo abstractur , e. g. quando oculus rubedinem à panno s. linteo abstractit : vel adequatè pro intellectuali np. abstractione , quā aliquid mediante intellectu separatur ab alio , cum quō tamen in re apri- mè coujunctum est . 4. vel abstractè , quatenus à suis inferiorib. modis abstractit ; vel contractè , quatenus ad illos contrahitur : Nos hīc abstractionem accipimus activè , subjectivè , ! adequatè & abstractè .

§. 3. Synonymiam quod attinet , nolumus circa eam esse prolixiores , sed cum Aristotele dicimus Abstractionem χωρίσι & απαιρεσιν s. separationem , quamvis terminum separationis in foro Philo-

Philosophico non usque adeò usu receptum esse, ambabus, quod ajunt, manibus concedamus. Aliis dicitur præcisio, sed minus comoda, siquidem abstractio latior sit præcisione, adeoque cum præcisione non possit identificari; sic quidem dicere possum: omnis præcisio est abstractio, non v. contrà: ut ex infra dicendis patebit. Optimè abstractionis Synonymum faciunt, qui *abstratum non participialiter acceptum*, quatenus involvit respectum ad agens vel abstrahens; sed nominaliter, quatenus nullum involvit respectum, abstractioni & qui-pollere autem.

§. 4. *Genus abstractionis adduximus esse operationem*, cùm id & nativa vocis significatio & philosophicus illius usus requirant. Abstractio enim, vi vocis, nil aliud est, quam operatio s. actio, quò in sensu etiam Philosophi terminum acceptant, uti ex anteced. constat. Dicimus verò eam esse *operationem intellectus*, cùm propriè & adæquate ab illo procedat, & in illo unicè terminetur; & quidem *intellectus creati*, qui solus capax est abstractionis, cùm sit discursivus, s. unum post aliud intelligat, & ex notioribus ignotū cognoscat s. colligat. Hinc sequitur quod abstractio formaliter talis non cadat in intellectum increatum s. divinum, quippe qui non discursivus; sed intuitivus est; & non successivè; sed simul omnia cognoscat. *Observ.* verò quod abstractio sit operatio non transiens; sed immans, quia non extra; sed intra intellectū paragitur & in illo terminatur. Inde patet, quod operatio sit *essentialie latius quid ipsa abstractione: essentialie est*, quod intellectus sit operabilis t. operari possit, & ipso actu variis modis operetur: *latius verò est*, quod & apprehensioni & contemplationi competat.

§. 5. *Per rem*, uti hīc intelligimus non rem latè talem, prout includit Ens & Non-Ens: cùm non Entis nulla realis s. fundamentatis detur cognitionis; sic rem h.l. & directè & indirectè accipimus, prout rem & rei modum infert ac dicit. Nam non modò rem à re, & modum à re præscindimus; sed unum modum ab altero abstrahimus, uti constat exemplis: sic non tantum Ens à substantia & accid; sed & unitatem à simplici & composita unitate præscindimus. Licet inter hæc quedam versetur analogia.

§. 6. *Per terminum Præscindere*, quando adhibemus, designatum volum⁹ præcisionem non sensualem; sed intellectualem; hinc etiam terminum mentaliter addimus.

B 2

§. 7. Con-

§. 7. *Conditiones individuantes illæ sunt, quæ radicantur in individuis, & hæ communiter recensentur Hoc, Hic & Nunc. Conditiones verò materiales & accidentales sunt, quæ radicantur in inferioribus speciebus, quas & imperfectiones accidentales vocare licet, cùm reddant definitionem imperfectam & accidentalem: Exemplò res fiet clarior: Irrationale & rationale, respectu animalis ut sic & abstractè talis, sunt conditiones materiales, quæ non in definitionem animalis inferendæ, juxta Can. *Materiale non est inferendum in rei formale.**

§. 8. Tò formaliter respicit formale verum & adæquatum. Illud verò est formale rei verum & adæquatum, quod in ipsa re fundatur, eique maximè accommodatum est. Non igitur formale rei pro nostro lubita est constituendum; sed ex ipsa re inferendum, siquidem juxta reg. Phil. *Intellectus non mensurat res, sed res mensurant s. potius mensurare debeant intellectum:* Illud quoque formale verum & adæquatum est, quod decenter est abstractum, s. à conditionibus individuantibus & materialibus verè purgatum; adeò, ut sit essentiale rei, quò una res ab altera essentialiter distinguitur; ut subsistere per se, respectu substantiæ, & subjectivè inhærente, respectu accidentis.

§. 9. Facit abstractio ad cognitionem rei, quippe illius medium, & quidem ad cognitionem non confusam, sed distinctam, non falsam sed veram, cùm mens nostra abhorreat ab omni confusione, & cognitionis rerum scopus unicus ac finis adæquatus sit veritas.

§. 10. NNli, inter quos est Andreas Frommius in sua Metaphys. disp. 2, Controv. III. ita definiunt Abstractionem, quod sit operatio intellectus, quâ res deducitur à statu singularitatis, in statum universalitatis. Sed hæc definitio est strictior suo definito, cùm non omni competit abstractioni, sed tantum omnium infimæ, quâ species specialissimas abstracto à suis individuis; sic: qualis ibi deductio à statu singularitatis in statum universalitatis? quando vel à corpore & spiritu abstracto substantiam, vel à substantia & accidente Ens abstractissime tale: nisi velimus absurdè pronunciare corpus & Spiritum, substantiam & accidens esse singulare.

THEOR. VI.

Abstractio proximè & immediatè distinguitur in totalem

talem s. disciplinarem, quâ res seu objectum disciplinare
â reliquis disciplinæ objectis; & in partialem ac non di-
sciplinarem seu simplicem, quâ res s. objectum partiale, â
suis inferioribus mentaliter præcisum, in suo formaliter adæ-
quato intellectui cognoscendum objicitur. *Disciplinaris*
rurus dispescitur in *notionalem*, quâ objectum disciplinare
notionale; & in *realem*, qua objectum disciplinare
reale, â reliquis disciplinæ, vel notionalis vel realis, ob-
jectis mentaliter præcisum, in S. F. A. disciplinariter intelle-
ctui ad cognoscendum repræsentatur. *Realis* iterum vel
Theoretica est, quâ objectum disciplinare *Theoreticum*;
vel *practica*, quâ objectum disciplinare *practicum*, â reli-
quis disciplinæ vel *theoretica* vel *practica* objectis abstra-
ctum, in S. F. A. intellectui disciplinariter cognoscendum
sistitur. *Theoretica* vel *universalis* est, quâ Ens universalis
simum, indifferenter ab omni Ente abstractum, tanquam
objectum *Metaphysica*; vel *particularis* est, quâ obie-
ctum particulare, â reliquis disciplinæ particularis obie-
ctis abstractum, in S. F. A. intellectui disciplinariter co-
gnoscendum objicitur. Estque vel *secundum rem s. f.*
essentiam, quâ *Spiritus*, ceu *Pneumatica* objectum, â re-
liquis *Pneumaticæ* objectis secundum rem abstractus, in
S. F. A. disciplinariter cognoscend⁹ sistitur intellectui no-
stro; vel *secundum rationem*: Quæ rursus vel *Physica*, quâ
corpus naturale, ut objectum *Physicæ*, â materia signa-
ta, si singulari abstractum, in suo formaliter adæquato in-
tellectui disciplinariter cognoscendum statuitur; vel
Mathematica, quâ quantitas, tanquam objectum *Mathe-*
seos, â materia universali & singulari abstracta in S. F. A.
nostro sistitur intellectui cognoscenda. *Mathematica* iterū
vel *Geometrica*, quâ quantitas continua, nempe magnitu-
do, ut objectum *Geometriæ*, â materia sensibili abstracta;

vel *Arithmetica*, quâ quantitas discreta, nempe multitudine, ceu *Arithmetica* obiectum, à materia sensibili & intelligibili abstracta, in S. F. A. disciplinariter cognoscenda intellectui nostro objicitur. *Practica* subdividenda in *Theologieam*, quâ obiectum disciplinare practicum mysticum à singulari abstractum subiecto; & *Philosophicam*, quâ obiectum naturale practicum à singulari abstractum subiecto in S. F. A. intellectui nostro disciplinariter cognoscendum sistitur: *Philosophica* rursus vel *absoluta* est, quâ obiectum naturale practicum absolutum, nempe actiones morales, quatenus honestati conformandæ, quæ obiectum *Ethicae*, à subiecto singulari abstractum, in suo formalí adæquato intellectui nostro disciplinariter cognoscendum offertur; & aliàs dici potest *Ethica*: vel *subalternata* est, quâ obiectum *Philosophiae* subalternatum, à subiecto singulari abstractum, in suo obiecto adæquato intellectui nostro disciplinariter cognoscendum statuitur: & rursus est vel *Juridica*, quâ actiones civiles, quatenus legibus civilibus conformandæ, quæ obiectum *Jurisprudentiae*, à subiecto singulari abstractæ in suo formalí adæquato; vel *Medica*, quâ corpus nat. ejusq; actiones, quatenus sanabiles, tanquam obiectum *Medicinae*, à subiecto singulari abstractæ, intellectui disciplinariter cognoscendæ sistuntur.

Explicatio.

S. I. Fundamentum distinctionis abstractionis, in totalem s. disciplinarem & partialem s. simplicem hoc est, quod cognoscibilia ita sint comparata, ut quædam sint objecta disciplinaria adæquata, integrâ disciplinam constituentia: quædam verò objecta non-disciplinaria, s. inadæquata, quæ non integras constituant disciplinas, sed sub adæquatissimorum objectis continentur: quorum illa totalia s. disciplinaria; hæc partialia s. simplicia dici possunt: Sic Ens indifferenter abstractum à materia est obiectum disciplinare, ac constituit Metaphysicam:

physicam: affectiones verò & species illius immediatae sunt objecta inadæquata, & sunt quasi partes Metaphysicæ, quæ continentur sub illius objecto adæquato, nempe Ente.

S. 2. Vocabamus unum membrum in prima distinctione abstractionis totalem, & alterum partiale, eò quod objectum disciplinare ad partiale habeat sese ut totum ad suas partes: sic quoque unum membrum appellamus disciplinarem, quia respicit integrum disciplinam, alterum simplicem, quia ad unam rem simplicem refertur: sic Ens, Spiritus, Corpus, &c. gaudent abstractione disciplinari, quia sunt objecta disciplinaria; Substantia verò, Angelus & Homo admittunt abstractionem simplicem seu partiale, eò quod sint objecta non-disciplinaria.

S. 3. Sunt qui negligunt abstractionem disciplinarem & simplicem, item disciplinarem notionalem & realem, ut & realem Theoreticam & practicam &c. & abstractionem statim dividunt in secundum rem & rationem. Verùm quoniam abstractio adæquatum medium seu instrumentum est, quòd Ens cognoscibile actu cognoscitur, hinc etiam ad suum instrumentatum, nempe Ens, quatenus cognoscibile, sese referre, & eidem adæquare debet: jam verò cognoscibile ita se habet, ut aliud sit disciplinare, aliud verò non: it: disciplinare aliud sit reale, aliud notionale: & reale iterum I. Theoreticum, I. practicum, vid. Theor. II. Deinde tot quoque abstractiones disciplinares seu genera abstractionis disciplinaris sunt constituenda, quot dantur disciplinæ. Quin imò, si pro Metaphysica, Pneumatica, Physica & Mathesi communiter peculiares excogitatae sunt abstractiones, quibus alii quoque addunt abstractionem Ethicam, quæ in Philosophia Practica locum obtinet, quidni etiam cæteris disciplinis suæ adsignandæ sunt abstractiones? cùm parium par sit ratio, jam verò non tantum dantur disciplinæ reales; sed & notionales; & reales vel Theoreticæ vel practicæ, uti ipsi Adversarii ultrò concedunt; hinc quoque singulis disciplinis suæ tribuendæ sunt abstractiones, siquidem sine abstractione nulla disciplina in suo esse disciplinari constitui queat. vid Scheibl. I. 1. c. 1. tit. 3. Met.

S. 4. Scheiblerus cit. I art. I. abstractionem Methaphysicam vocat secundum rem & rationem; sed male: cùm Metaphysica, formaliter & adæquate talis, non adhibeat abstractionem secundum rem, sed modò secundum rationem, & quidem quoad indifferentiam, quia

quia non pro objecto adæquato sc. habet res mere immateriales, nempe spiritus; sed res p. materiales, p. immateriales; & tales sibi vendicat conceptus, qui, licet in se sint immateriales, tamen ita comparati sunt, qui rebus & materialibus & immaterialibus applicari possunt. Interim Observ. quod sententia hæc Scheibleri de abstractione Metaphysica ex falla Hypothesi, quæ etiam Spiritum formaliter comprehendendi sub Objecto Met. statuit, resultet, cum tamen Spiritus sit objectum alterius disciplinæ, nempe Pneumaticæ, & Pneumatica sit disciplina peculiaris, realiter contradicta Metaphysicæ, ut alibi disputatur. Hinc distinctæ disciplinae non sunt confundendæ, sed distinctè pertractandæ, & P. C. abstractiones diversarum disciplinarum quoque non sunt permutandæ.

S. 5. Abstractio universalis illa est & dicitur, quæ universalissimè abstrahit, adeò, ut universalius nulla disciplina abstrahi queat; quali gaudet Metaphysica, cuius objectum omnium universalissimum, adeò, ut Ente Metaph. nihil superius, nihil universalius revera sit ac detur. E contraria verò abstractio particularis est, quæ particulare abstrahit objectum disciplinare, & locum habet in disciplinis particularibus.

S. 6. Abstractio secundum rem seu essentiam est quando res concepta in sua essentia nullam involvit materiam: secundum rationem verò, quando quidem involvit materiam; sed in materia non consideratur: ut ex abstractione Pneumatica Phyl. & Math. patet; quarum ista, secundam rem abstrahit, & tales obtinet terminos, qui in se & immateriales sunt, & rebus tantum immaterialibus, nempe spiritibus, competunt: illa vero & hæc ejusmodi gaudent conceptibus, qui licet rebus materialibus, nempe corporibus materialibus & quantitatibus, semper insint, tamen extra materiam & quantitatem cognoscuntur.

S. 7. Quomodo nonnullus abstractionem Pneumaticam inconvenienter vocitet abstractionem secundum rem & rationem. vid. ap. Mejerum c. I. Th. II.

S. 8. A materia signata abstrahere est ab individuis materialibus universales abstrahere conceptus, qui licet in individuis praedictis tantum fundamentaliter sint ac dentur; tamen non tanquam in individuis existentibus à nobis considerantur; prout sese habet corpus naturale in Physicis, quod licet radicetur in individuis corp. natur., non

non tamen in illis; sed extra illa in Phys. cognoscitur; Hinc & Scholasticis abstractio existentia & ab inferioribus audit. conf. Mendoz. disp. i. Met. sect. 6. §. 41.

§. 9. *Abstractio à materia singulari & universalis est*, quā res non solum à materia singulari, cui primò quantitas inest; sed & à materia universalis & sensibili, solum ratione, non quidem ratiocinante, sed ratiocinata abstrahitur, ut illam, quæ aliàs nunquam extra materiam est, sine omni materia contemplerum. Ita Mathesis considerat angulum, non quatenus in hac vel illa materia est, sed quatenus extra omnem materiam & in universalis spectatur.

§. 10. Ut per materiam sensibilem non intelligimus materiam primam, accidentibus, quæ sensus movent, induunt, sicuti Conimb. in Procem. Phys. q. i. art. 4. sed corpus naturale in universalis spectatum; sic per materiam intelligibilem designamus non materiam primam, substantem quantitati, uti volunt Thom. & Soncin. l. 6. Met. quæ ii. nec quantitatem virtualem s. virtutis, quam etiam Scaliger vocat materiam intelligibilem; sed quantitatem continuam s. magnitudinem, quatenus illa constat tribus dimensionibus, quæ Cartesio dicitur *Extensio*. Exinde jam manifestum, quid sint abstractio Geometrica & Arithmetica, nempe illa magnitudinem secluso subjecto, cui inest, speculator; hoc verò non tantum nullum attendit subjectum in quo numerus est; sed & nullam attendit quantitatem illius subjecti, adeoque non numerum numeratum, sed numerum numerantem, uti loquuntur, pro objecto habet Arithmetica.

§. 11. Fundamentum distinctionis practicæ abstractionis hoc est, quod alia disciplina practica sit supernaturalis s. mystica, nempe Theologia, alia naturalis, quæ in Philosophia deprehenditur; & haec rursi, vel absoluta, nempe Philosophia moralis; vel subalternata, Jurisprudentia sc. & Medicina, uti communiter dividere solent disciplinas, conf. tabb. Encyclop. Magnifici Dn. D. Calovii. Pro varietate enim ac diversitate disciplinarum etiam variare debent abstractiones disciplinaires, cum illas, nempe disciplinas, respiciant; adeo, ut nulla disciplina sine abstractione esse possit, & abstractiones sint quasi limites disciplinarum, quos transilire illis haut licet. Ut taceamus, quod disciplinæ superiores, uti vocantur, nempe Theol. Juris, & Medic. non sint deterioris conditionis, quam disciplinæ inferiores,

feriores, nempe philosophicæ: uti jam hæ suis gaudent abstractio-
nibus; ita nec illæ suis destituuntur. Est n. in genere parum par ra-
tio; convenienter omnes in genere disciplinarum, quod sunt discipli-
næ. Ergo etiam in illis, de quibus participant disciplinæ, nempe ab-
stractionibus, convenire, & singulae suas obtinere debent abstra-
ctiones.

§. 12. Practica abstractio in genere pro objecto habet actio-
nes, & prout illæ sunt vel spirituales, vel morales; vel civiles vel na-
turales; sic & illa variat, ut alia sit Theologica, Ethica, Juridica
& Medica. Quoniam verò neutra considerat actiones in singulari
aliquo Subjecto, nempe vel hoc, vel illo individuo, hinc opus est ab-
stractione, quæ abstrahit à Subjecto singulari & illas actiones omnes
in universalis considerat.

THEOR. VII.

Abstractio partialis subdistinguitur in formalem, quâ
formale rei à re præscinditur, & menti adæquatè ad co-
gnoscendum sistitur: & universalem, quâ communis
quædam natura ab inferioribus præscinditur, & in ab-
stracta sua natura intellectui cognoscenda repræsen-
tatur. Et hac vel magis vel minus universalis est, quatenus
sc. res universalis magis vel minus præscinditur, & in F.
S. A. menti cognoscenda sistitur. Utraque verò vel ult-
imata, vel non-ultimata est: quarum hac ulteriorem, illa
verò non-ulteriorem abstractionem admittit.

Explicatio.

§. 1 Fundamentum subdistinctionis abstractionis partialis s.
simplicis in formalem & universalem est integra rei definitio, quæ,
cùm abstracta sit seu esse debeat, duob. absolvitur conceptibus, und
latori, qui genus, alterò autem strictiori, qui diff. specif. dicitur;
uterque sua gaudet abstractione, & quidem ille universalis, hic formalis.

§. 2. Per formale in descriptione abstractionis formalis pri-
mò & strictè intelligimus specif. rei diff., secundariò & latè adjuncta
propria & communia, quæ cùm & suas requirant abstractiones, nō in-
convenienter referri possunt ad abstractionem formalem; ita ut for-
malis abstractio analogiè se habeat ad formale, strictè tale, nempe
diff.

diff. specificā & adjunctā, tam propria, quām comm. *Vel si māpē*: Formalis abstractio subdistingui potest in *essentialē*, quā formale, essentiale abstrahitur, & adæquatē considerandum exhibetur intellectui; & *accidentalem*, quā formale accidentale à suo abstrahitur subiecto, & formaliter considerandum offertur intellectui. Sic Philosophia, virtus, & alia accidentia, abstrahuntur ab homine philosopho, virtuoso, & in S. F. A. considerantur ab intellectu. *Essentialis* abstractio rursus vel *constitutiva*, quā formale constitutivum & diff. specif. à re abstrahitur & adæquatē cognoscendum menti sistitur. v. g. *rationalitas in homine*: *sensibilitas in animali*: vel *consecutiva*, quā formale consecutivum i. prop. quarti modi à suo præcinditur subiecto & abstractē considerandum intellectui objicitur: ut *risibilitas*, *flebilis*, *capacitas disciplinarum*, *potentia loquendi* in homine, &c.

§. 3. *Communis natura* in definitione abstractionis universalis nobis eadem est, ac universalis quædam natura, qua multis inferioribus communis, & in illa directè ac synonymicè multiplicabilis est; sic animal respectu hominis & bruti; homo respectu Petri, Pauli &c. sunt universales quædam naturæ, communes multis. Et licet aliquis *Objiciat* etiam abstractionem formalem complecti communes quasque naturas; tamen illæ *impropriè* & *obliquè* ita dicuntur, cum differentia specif. & propr. quarti modi, non immediate & adæquate multis communia sint; sed uni competant speciei. Postea differentia specif., proprium quarti modi & accidens commun. non directè ac *Synonymicè*, sed *obliquè* ac *paronymicè* dicuntur de suis subiectis, uti constat exemplis. Nec illorum subiecta propriè illorum inferiora dici merentur.

§. 4. Abstractionis universalis effectus adæquati sunt universalia, nempe in essendo, adæquatē talia: Illa fūnt per abstractionem; & uti abstractio cognoscibilia; sic quoque universalia pro fundamento habent abstractionem: adeoque universalia non sunt mera Entia rationis, sed sunt Entis veri ac realis; & fūnt non per rationem ratiocinantem, sed rationem ratiocinatam, quarum illa nullum; hæc autem certum in re fundamentum habet.

§. 5. Hæ subdistinctiones abstractionis universalis licet tantum analogicæ, non univocæ sint, ubi una ab altera tantum gradibus differt, tamen suo non carent fundamento, siquidem species infimæ

& subalterne sint fundamentum prioris substinctionis : e. g. Homo , quando abstrahitur à singulis suis individuis , est abstractio minus universalis : quando verò ab homine & bruto abstrahitur universalior natura , nempe animal , evadit abstractio magis universalis . Sic quoque distinctio illa communissima in abstractum ultimatum , & non ultimatum est fundamentum distinctionis posterioris in ultimatam & non-ultimatam ; ut declarant exempla : Sic homini convenit abstractio non-ultimata , humanitati verò abstractio ultimata .

S. 6. Nomina abstractorum ultimatorum Philosophis finire licet : hinc ab illis audies humanitatem , animalitatem , corporitatem , substantialitatem , entitatem & mille alia , ^{juxta illud tritum :} Philosopho licet ὀνοματοῦ ad animi sui sensa & , quod caput est , rei veritatem cō magis magisque exprimenda .

SECTIO ELENCHITICA. CONTROV. I.

An Cognoscibilitas sit unita Entis affectio ? Aff.

Expositio.

A Ntequam nostram firmemus affirmativam , pauca , quæ statum illius dilucidare videntur , præmittimus ; scilicet nos hoc loco intelligere 1. Cognoscibilitatem , non cognitionem . 2. Cognoscibilitatem non fictè & falso ; sed realiter & verè talem . 3. Cognoscibilitatem adæquatam , quatenus inadæquatum conceptum paronymicum Enti superaddit ; non inadæquatum , quatenus Gnostologiam constituit . Confer Expl. Theor I. 4. Cognoscibilitatem abstractivam , quatenus in se spectatur , ut conceptus inadæquatus Entis ; non concretivam , quatenus ipsum Ens , cum quo identificatur , materialiter involvit . 5. affectionem unitam , indeterminatam seu universalissimam , quæ universim omni enti competit , veram , adæquatam , formalem , intrinsecam , absolutam , essentialē ; non verò disjunctam , determinatam seu particularem , quæ in particulari huic l. illi Enti competit , falsam , inadæquatam , identicam , extrinsecam , respectivam & accidentalem .

Katagoris.

Affirmativa subscriventes has adducimus rationes : I. Q.
For-

Formaliter distinctum ab Ente conceptum infert, paronymicè Ens denominat, & cum eo reciprocatur, illud est adæquata Entis affectio Atq. Cognoscibilitas &c. Ergò. Maj. pro fundamento habet requisita veræ & adæquatæ affectionis, quæ, teste Paulo Voëtio in pr. Phil. ref. p. 148 hæ sunt: (1) ut dicat aliquid Enti superadditum in abstracto, Ente posterius. (2) ut illud posterius sit ab Ente distinctum formaliter. (3) ut in concreto cum ente convertibiliter possit identificari. Eadem etiam adducit Magnif. Dn. D. Galovius, in Mer. divin. p. m. 197. nempe distinctionem à subjecto formalem: Denominationem paronymicam: & Convertibilitatem. Min. probamus quoad omnia sua membra triplici hâc ratione: (a) Cognoscibilitas formaliter ac convertibiliter ab Ente distinguitur: Nam Ens spectatum in momento primo, nullas admittit affectiones; optimè tamen in momento secundo; sic quoque materialiter & concretivè acceptum realem sui & affectionum identitatem dicit, quod tamen distinctioni formalini nihil derogat; sed potius formaliter, quoad nostrum concipiendi modum si consideratur, ab ente verè distinguitur, eidemque novum superaddit conceptum inadæquatum, intellectivam sc. perceptibilitatem (β) Quod attinet denominationem paronymicam, observamus, à Cognoscibilitate Ens quodvis verè denominari, & quidem non in abstracto; sed in concreto, h. m.: O. Ens est cognoscibile. Hinc sequitur cognoscibilitatem tam latè patere, quam ipsum Ens; adeò, ut nullum possis dare Ens positivum sc. reale, actuale, cui non possit optimò jure tribui Cognoscibilitas, modò prædictò. (γ) Tandem illius, Convertibilitas cum Ente inde constat, quod necessariò fluat ex ipso Ente, ceu illius essentiale consecutivum: Hinc rectè dico: O Ens positivum, actuale, reale, est cognoscibile: & quicquid est Cognoscibile, sc. materialiter & realiter, est Ens.

II. Q. Non est ipsum ens, nec species Entis, illud erit Entis affectio; Sed Cognoscibilitas &c. Ergò. Connex. Maj. inde firma est, quod illa tria tantum in Metaphysicis consideranda veniant, ipsum Ens nempe, affectio, & species Entis. Min. quoad prius sic adstruitur, quod ipsam Entitatem præsupponat, tanquam suum subjectum affectionis; & non tam constitutat, quam consequatur Ens. Quoad posterius, quia nec substantia, nec accidens est: Non substantia, siquidem per se extra Ens non subsistat seu existat, nec etiam esse vel subsistere possit; sed, materialiter ac realiter spectata, ipsum Ens involvat. Nec accidens,

dens, eò quod Esti non subjectivè inhæreat, nec ab eo realiter differeat; sed tantum formaliter. Quin imò, si vel substantia vel accidentis esset, etiam in D. O., qui itidem cognoscibilis, tale quid esset, &c. P.C. Deus esset compositus, in ipsum caderent accidentia, quod absurdum.

III. Q. *Ens necessariò & immediatè sequitur, est ipsius affectio. Atq. Cognoscibilitas &c. Ergò Maj. per se patet, cùm sit requisitum genuinum affectionis adæquatæ. Min. exinde manifesta, quòd nullum Ens sit ac detur verum & adæquatum, quod non gaudeat cognoscibilitate seu cognosci possit. Nam, si non-Ens non est cognoscibile, vi oppositionis sequetur, verum ens esse cognoscibile. Prius est adversariorum.*

IV. Q. *Omni Enti absolute convenit sine disjunctione oppositorum illud est unita Entis affectio, seu, ut Timplerus loquitur, simplex attributum. Atq. Cognoscib. &c. Ergò Maj. est requisitum unitæ Entis affectionis, per quod à disjunctis Entis affectionibus discriminatur, quæ non semper cum Ente retrocomeunt; sed sub oppositi illatione, seu respectu oppositionis & disjunctionis, totam Entis latitudinem adæquate exhauriunt. Min. inde elucescit, quòd Cognoscibilitas omne afficiat Ens, nullumque detur Ens, quod non cadat sub cognoscibilitatem, i. cognosci queat.*

Αντίθεσις.

Negativam defendunt sententiam (1) illi, qui nullam in affectionum doctrina Cognoscibilitatis mentionem faciunt, & sunt ad unum omnes omnino Methaphysici. (2) illi, qui Cognoscibilitatem, seu potius Cognoscibile, objectum alicujus peculiaris disciplinæ, quam Gnostologiam vocant, faciunt, & sunt nostri Seeculi Theologorum Princips Dn. D. Calovius, Gutkius, Frommius, Mejerus, Geilfusius, & forsitan alii.

Αντίθεσις ἐλεγχοῦ

Obj. 1. Q. *Est ipsum Ens, non est affectio Entis. Atq. Cognoscibilitas &c. Ergò Maj. est quodammodo nostra. conf. Rat. 2. Kat. hujus Controv. Min. sic statim inare satagunt, quod Ens sit primò & ultimò cognitum. Resp. 1. limit. Maj. Q. est Ens, illud, eò modò, quo est Ens, non est affectio Entis: & sic Conced. totum argumentum. 2. Distingu. inter cognoscibilitatem concretivam & abstractivam, seu quatenus denotat ipsum Ens cognoscibile, & quatenus cognoscibilitas Enti conceptum*

ceptum aliquem paronymicum superaddit, & formaliter ab illa distinguitur: ratione illius, non hujus, vera est minor. Adeoque committitur ignoratio elenchi, cum nobis sermo sit de Cognoscibilitate abstractiva; Minor autem Advers. loquatur de Ente cognoscibili. 3. R. ad probationem min. D. inter descriptionem & definitionem, eamque a priori & posteriori: quando Ens dicitur primò & ultimò cognitum, non tam definitur, quam describitur, & quidem non a priori; sed a posteriori, quae in casu summa necessitatis adsumitur, quando genus & differentia specif. vel ignorantur; l. planè non dantur, uti in Ente abstractissimè & universalissimè tali.

Obj. 2. Q. extrinsecè Ens denominat illud nos est adæquata Entis affectio. Sed Cognoscibilitas &c. Ergo Maj. rationem hanc dant, quod omnis affectio suum subjectum intrinsecè, non extrinsecè afficere & denominare debeat. Min. probant, quod Cognoscibilitas extrinsecum respectum ad intellectum dicat. Resp. i limit. Maj. Q. verè & adæquate denominat Ens extrinsecè, illud &c. & sic Neg. Min. Nam Cognoscibilitas non verè & adæquate, quatenus est affectio Entis, & in actu primo consideratur, Ens extrinsecè denominat; sed maxime intrinsecè; ita ut Ens intrinsecè sit cognoscibile. 2. Ad Min. D. inter Cognoscibilitatem & cognitionem. de hac, non de illa vera est minor; cum tamen nobis sermo sit de Cognoscibilitate, prout in Exposito Controv. diximus. 3. Distinct. ad Min. probationem inter respectum, & respectum extrinsecum: illum non hunc infert ac dicit Cognoscibilitas. Quod enim Cognoscibilitas dicat respectum ad intellectum illud non provenit ab intellectu; sed ab ipso Ente cognoscibili; adeoque respectus ille, quem ad intellectum dicit Cognoscibilitas, non tam extrinsecus, quam intrinsecus, qui ex ipsa intrinseca Cognoscibilitatis natura provenit, dicendus est. Idque ex communissimo etiam liquet Canone: *Intellectus non mensurat res, sed res mensurant intellectum.* Neq; illud infrequens est in affectionibus Entis illarum formale dicere respectum; sic veritas, bonitas, duratio, ubertas, & aliae Entis affectiones formale respectivum praeseferunt, hinc & respectivæ audiunt affectiones Entis.

Obj. 3. Q. constituit peculiarem disciplinam, a Metaphysica diversissimam, illud non est entis affectio; sed cognoscibilitas &c. Ergo. Maj. inde probare conantur, quod illud, quod est objectum disciplinare in alia disciplina, non possit esse affectio in altera, cum sic mera sit

sit metuenda disciplinarum confusio , & permissione eius alioz. Gr.
Min. firmant inde, quia Cognoscibilitis constitutat peculiarem disciplinam, nempe Gnostologiam, qua pro Objecto habet cognoscibile, quatenus cognoscibile est, cuius essentiam hic prolixius pertexere supervacaneum ducimus; dicunt tamen illud ipsum Gnostologie Objectum gaudere suis affectionibus, suis speciebus: *affectiones sunt ipsis Veritas Cognitionis & aptitudo ad ideam: Species vero, quod Cognoscibile aliud sit naturale, aliud supernaturale: aliud liberale, aliud illiberale: aliud reale, aliud instrumentale: &c.* qua de consuli possunt in Avn. cit. Autor. Nos Resp. ad argum. (1) Limit. Q. de jure, non de facto; item ex rei veritate, non hominum arbitrio constituit peculiarem disciplinam illud &c. & sic Neg. min. Quamvis enim nobis in praesentiarum haud proposuerimus tot & tantorum Virorum autoritatem de ponte, quod ajunt, dejicere; nullum tamen auream nostram Philosophandi libertatem, praemissis cum hic non agatur de salute animalium, mancipare illorum autoritati: quia non illud, quod tritum, semper verum nec verum illud tantum, quod prius dictum; sed cum demum philosophamur, quoties obiecta nostra rationi, rebus sc. adequata, sunt conformia, id quod sit, cum judicium clarum ac distincte convenit perceptione; prout egregie loquitur Benjamin à Broekhuysen Medicus Batavus in Oconom. Corporis animalis (2) ad Min. D. inter Cognoscibilitatem materialiter & formaliter, sc. concretive & abstractive talem. Non tam cognoscibilitas quam cognoscibile secundum Adversarios constituit disciplinam. Et si hoc, quidni etiam unum, verum, bonum constituent peculiares disciplinas? Quod posterius cum absurdum etiam ipsis videatur Adversariis; etiam hoc absurdum erit, cognoscibile constituere peculiarem disciplinam. Resp. 3. ad probationem min. committi in eadem anno 3 et aegri L. petitionem principii, cum adhuc in questione sit an cognoscibilitas s. potius cognoscibile novam pariat disciplinam.

CONTROV. II.

An detur Gnostologia, ceu peculiaris quædam
à Metaphysica disciplina? Neg.

En. d.

Quoad Controversie Statum distinguere juvat i. inter existentiam

tiam Gnostologiae absolutam & modificatam, s. quatenus in se spectatur, & quatenus disciplinariter consideratur: de hac, non de illa nobis sermo est. Ulterò namque concedimus, dari Gnostologiam, s. doctrinam de Cognoscibili, vel etiam Cognoscibilitate, qualis datur in Metaph. ; illud verò pernegamus, dari Gnostologiam, peculiarem à Metaphys. disciplinam. 2. inter existentiam Gnostologiae absolute & respectivam, s. quatenus in se est quædam disciplina; & quatenus est disciplina à ceteris omnibus formaliter & realiter distincta: de utraq; disquiritur. 3. inter Gnostologiam generalem s. abstractam & specialē s. contractam: s. quatenus cognoscibile in genere, & quatenus cognoscibile in specie tradit & absolvit: de illa, non de hac disceptatur. 4. inter Gnostologiam habitualem adæquatam, quatenus integrum disciplinam; & inadæquatam, prout partem discipline infert ac dicit: de illa, non de hac controvertitur. 5. inter peculiarem disciplinam realē & fictam, veram & putativam, s. quæ in ipsa re fundatur ac in rei veritate datur; & qua tanèm esse fingitur, & dari præsumitur. de illa nobis quæstio est. 6. inter Metaphysicam perfectam & imperf-
etam, adæquatam & inadæquatam; i. quatenus exhaust universam latitudinem sui Objecti, & quatenus eandem non exhaust, de illa, non de hac quæritur.

Kat. 9.

Rationes negantes adducimus sequentes: I. Q. est affectio Entis, non potest constituere peculiarem disciplinam, Sed Cognoscibilitas. &c. Ergo. Maj. inde patet, quod illud, quod est vel objectum, vel principium, vel affectio, vel species in alia disciplina, non possit peculiarem constituere disciplinam. Vide Rat. 3. subseq. Min. verò statum inviamus in Kat. 9. præced. Controv. Excipere solent ad hoc Argum. quod ad omnem affectionem requiratur denominatio intrinseca, non extrinseca; rò Cognoscibile autem sit saltem denominatio extrinseca, non ab Ente; sed ab actu nostri intellectus, profecta. Unde quoque affectio propriè dici nequeat. At Responsionem contra hanc exceptionem vid. in Arndt. Elæyz. præced. Contr. Obj. 2. ubi eam prolixiorem dedimus.

II. Q. est pars Metaphysices, non est peculiaris disciplina à Metaph. Atq. Gnostologia. Sc. Ergo. Maj. ratio hæc est, quod pars non contradistinguatur toti, sed potius eidem subordinetur. Min. con-

D

stat

Nat ex Prima Ratione, quā adstruximus Cognoscibilitatem esse affectionem Entis, jam verò affectio Entis est pars Metaphysicæ.

III. Q. desituitur objecto disciplinari illud non est disciplina, Sed Gnostologia &c. Ergò. Maj. est certa, quia omnis disciplina prærequisit objectum disciplinare, quod specificatur ac disciplinæ formam & naturam suscipit. Min. probatur, quia Cognoscibile, quod objectum Gnostologiæ statuitur, non est objectum disciplinare, cùm plane non participet de natura objecti disciplinatis, quod Ens esse debet, ut inductio exemplorum probat: neque etiam gaudet requisitis objecti disciplinariis, que sunt: ne sit vel principium, vel causa, vel affectio, vel modus, vel species alterius disciplinae. *Juxta Gutkium in Disp. quadam de principiis accurate & Peripaterice Philosophia.* Axiom. IV, quod tale: Objectum discipline totale est quod principii, (in ordine ad aliquam disciplinam) causa, affectionis, modi & speciei rationem non habet, & realis conceptus est. Conf. eius Hab. intell. c. 5. Thes. 7. Jam verò cognoscibile non est ens, licet involvat Ens; quinimò non tamen Ens, quām Entis est, quod afficit. Deinde quoque Cognoscibile est affectio in altera disciplina, nempe Metaph., uti statim sub initio fuit adductum.

IV. Q. caret affectionib. & speciebus disciplinariib., illud non est disciplina. Sed Gnostologia &c. Ergò. Conseq. maj. hæc est, quod omnis disciplina præprimis hæc tria requirat: Objectum, Affectiones & Species. Min. quia Cognoscibile, formaliter tale, est ipsa affectio, nequam Ergò alias admittet affectiones, *juxta Canon. Phil. Affectiones Enti competunt non verò modis Entis: conf. Andr. Fromm. Metaph. l. 2. c. 1. Axiom. i.* Deinde affectionum nullæ sunt species, propriè sc & adæquate tales; cùm species tantum sint Entium, non modorum.

V. Si Gnostologia est peculiaris à Metaphysica disciplina, etiam Alethologia, Agathologia, &c. erunt peculiares à Metaph. discipline. Sed falsum posterius. Ergò. Conn. Maj. hæc est, quod parum par sit ratio: Nam, ut Veritas, Bonitas &c. sunt Entis affectiones, & quidem unitæ; sic quoque Cognoscibilitas est unita Entis affectio, uti Controv. I. evictum fuit. Falsitatem posterioris ipsi ultrò concedent Adversarii.

A&tn⁹.

Opponunt sese nobis in hac Controv. omnes, quos in praeced. citavi-

citavimus Gnostologiaz defensores. Nolumus h̄ic eorum adducere verborum lenocinia, quibus Gnostologiam, ut peculiarem disciplinam, commendare solent; sed, quid ponderis insit rationibus illorum, examinatur erimus, sunt autem seq.

Αντιθ. ἔλεγχος.

Obj. 1. Quia nullam, vel ratione sui, vel ratione rei alterius, vel ratione principii, quō producatur aut constituatur, involvit repugnanciam, illud dari potest. Sed Gnostologia sc. E. Maj. certissima habetur. Min. firmant, quod Gnostologia non ratione sui involvat repugnanciam, quia est accidens, adeoque finitum, quod multiplicari citra absurditatem potest: Nec ratione alterius, quia omnis res est cognoscibilis: Nec ratione principii productentis, quod causæ efficientes cognoscibilis, & P. C. Gnostologiaz. Resp. (1) Neg. Min. cum primò maxime repugnet dari Gnostologiam ratione sui; Nam licet Gnostologia sit accidens s. fingatur esse accidens, tamen non est accidens absolutum, sed determinatum, nempe habitus disciplinaris, qui repugnat Gnostologiaz. Deinde, posito omnem rem esse Cognoscibilem; inde tamen non sequitur cognoscibile, ut sic, esse objectum disciplinare, s. objectum Gnostologiaz. Tandem licet detur principium producens Gnostologiam, tamen non respiciendum quod producat, sed quām benē & quām verè producat; alias ipsum productum sit monstrorum. (2) Diff. inter Gnostologiam absolutam & modificatam: s. quatenus in se spectatur, & quatenus ut disciplina, à ceteris omnibus distincta, consideratur; illā non hāc ratione dari potest: vide Enthoy.

Obj. 2. Ubic. datur peculiare objectum, formalī conceptū distinctivo ab omnibus inferiorib. suis diversum, certis principiis, affectionibus, modis contractioribus s. speciebus præditum, [considerandi modō ab omnibus reliquis disciplinis penitus diffitō] ibi danda est peculiaris pro tali objecto disciplina. Sed in Gnostologia datur peculiare objectum, sc. Ergo. Maj. ab omnibus fere conceditur Philosophiis, siquidem omne objectum disciplinare requisita illa exiguntur necessariō. Min. probant applicando requisita illa ad Gnostologiam. Datur enim in illa (α) Objectum peculiare, ut est Cognoscibile, quā tale, quod sub hoc formalī in nulla disciplina pertractatur, ut postea pluribus patebit; Est Ergo hoc objectum Gnostologiaz peculiare. (β) Suis præditum est principiis, licet per analogiam talibus & co-

gaoscendi, ut sunt interna: materiale & formale; externa: efficiens & finis. (γ) Dantur propriæ affectiones, ut sunt: veritas cognitionis, aptitudo ad ideam, &c. (δ) Dantur Species s. modi contractiores, cùm Cognoscibile aliud sit supernaturale, aliud naturale, &c. Ergò etiam peculiaris dabitur & distincta disciplina Gnostologica.

Resp. 1. Neg. ex parte Majorem, eò quod principia non adeò requirantur ad essentiam objecti disciplinarii, præprimis externa, cùm illa tam præcognita esse debeant, quia sunt particularia, quæ extra illud sint constituta.

Resp. 2. Quod Major non sit simpliciter vera, siquidem non omne objectum peculiare, formalis conceptu distinctivō, ab omnibus inferioribus suis diversum, certis principiis, affectionib. & speciebus præditum, constituat disciplinam; alias etiam animal & alia Objecta particularia non disciplinaria constituerent disciplinam, cùm & illa formalis conceptu distinctivō, ab omnibus inferioribus diverso, ut & principiis, affectionibus & speciebus gaudent: sic animali suus conceptus formalis distinctivus, ab inferioribus suis diversus, assignari potest; np. quæ animal, s. quatenus sensibile est. Principia ejus interna essent materiale & formale; externa, causa efficiens & finis animalis.

Affectiones: potentia audiendi, videndi, &c. Species: brutum & homo.

Resp. 3. Limit. Maj. Ubi datur peculiare objectum disciplinare, Equidem verè & adæquate tale, formalis conceptu distinctivo ab omnibus inferioribus suis diversum, principiis, affectionibus & speciebus disciplinariis sc., verè & adæquate talibus prædictum, ibi danda est peculiaris pro tali objecto disciplina. & sic Neg. Min. Cognoscibile namque, quæ tale, non est objectum disciplinare verè & adæquate tale, cùm partim non sit ipsum Ens, abstracte tale, nec species Entis Non ipsum Ens abstractissime tale, sic enim æquipolleret Enti Metaphysico, & cum Objecto Metaphysicæ identificaretur, quod adversarios concessuros esse, vix credo: Nec species Entis, nempe vel substantia vel accidens, cùm non sit ipsum Ens, Ergò nec species Entis. Huic accedit, quod Cognoscibile hic universalissime sumatur, prout abstrahit à substantia & accid. patentibus ipsis Advers partim ipsi non competant requisita adæquata objecti disciplinaria, np. ne sit vel objectum alterius disciplinæ, vel principium, vel affectio, vel modus, vel species in alia disciplina. Vid. Kastig. hujus Controv. Si quidē sit affectio in alia disciplina nempe in Metaph. prout in Contr. i. proba-

probatum dedimus. Quod verò objectum disciplinare debeat esse, vel ipsum Ens, abstracte tale, vel species Eatis, docet inductio omnium disciplinarum, præprimis Philosophicarum: sic Metaphysica pro objecto habet Ens abstracte tale; Pneumatica Spiritum; Physica corpus naturale; Mathesis quantitatem, tamen continuam, nempe magnitudinem, quām discretam, nempe multitudinem; Ethica Virtutes. Deinde Cognoscibile non habet affectiones & species disciplinares, cūm sit ipsa affectio, uti probatum fuit; Nec sit genus, non enim est Ens, uti paulo ante monstravimus. Nec valet quicquam Exceptio: Cognoscibile esse affectionem Entis in sensu abusivo quia ad omnem affectionem requirunt Philosophi ut sit denominatio extra intrinseca sed intrinseca: Atq. rō Cognoscibile est saltem denominatio extra intrinseca, non ab Ente; sed ab actu nostri intellectus profecta, unde quoq; affectio propriè dici nequit: Cūm rō Cognoscibile non sit denominatio extrinseca, uti jam ante mouitum, non ab Ente; sed ab actu nostri intellectus profecta; sed potius intrinseca, ex ipsa interna Entis natura profluens; adeò, ut omne Ens in se & sua natura sit cognoscibile, & P. C. ab actu nostri intellectus non proficiscatur: Sed potius, sublato nostro intellectu ejusque actu omne Ens sit cognoscibile. Videatur autem hic ab Adversariis confundi: Cognitio cum Cognoscibiliitate; illa, non hæc quoquo modo dependet ab intellectu, quāmvis non principaliter; sed tantum nudè instrumentaliter; cūm intellectus noster non mensuret ipsas res, ut sòpè dictum, sed res potius mensurant intellectum.

Obj. 3. Q. jam, ut disciplina, ab aliis inventum, constitutum & conscriptum est, illud quoque est peculiaris disciplina. Atq. Gnostolog. Et. Ergò Majorem relictā, Minorem probant experientiā, quod à multis jam Gnostologia sit inventa & conscripta. Resp. 1. Majorem non esse simpliciter veram; alias Alstedius multas peculiares conscriptis disciplinas, utpote: Technologiam, Hexilogiam, Et. quæ tamen ab aliis, ut peculiares disciplinæ, non acceptantur. Conf. Meijer. in Gnostol. statim sub initio p. 3. Hinc Resp. 2. Limit Maj. Q. jam ut disciplina propriè & adequate talis ab aliis, quoad rem, non quoad nos, realiter non sicut s. putative est inventum, constitutum & conscriptum, illud est peculiaris disciplina, & sic Neg. Min. Nam non respiciendum, quod sit; sed quām vere aliquid sit inventum: Sic Pontificii etiam invenerunt Purgatorium, & multa de illo conscripserunt, inde autem non sequitur, quod reverà detur purgatorium. Obj.

Obj. 4. Cujuslibet disciplinae objectum non pertinet ad aliam disciplinam, hactenus receptam; illud peculiarem & a ceteris distinguitam constituit disciplinam. Sed Gnostologia &c. Ergo. Majorem extra controversiae aleam ponunt. Min. probant inductione, quod Gnostologia Objectum non consideret i. Metaphysica, siquidem illa Ens, quia Ens, vel Cognoscibile, sub ratione entitatis praecisa, non quia cognoscibile, aut sub ratione Cognoscibilis, consideret. Unde aliud esse dicunt: Ens Metaphysicum est cognoscibile; & aliud Ens, ut cognoscibile, ad Metaphysicam spectat: prius concedunt; at non item posterius. Nec 2. Pneumatica, quia haec itidem non pertractat Spiritum ut cognoscibilem, sed rat. Spiritus: Nec 3. Physica, cum illius objectum sit corpus naturale, & sub ratione corporis naturalis objectum suum respiciat. Nec 4. Mathesis, quippe quae sub quantitate continua & discreta suum perpendit Cognoscibile. &c. Resp. 1. Neg. Conseq. Maj., cum possit dari alia disciplina, quae hactenus nondum fuit recepta, ad quam forsitan Cognoscibile referri posset, & sic caderet Major. Resp. 2. Neg. Min. Licet enim concedamus Cognoscibilitatem nec in Pneumatica, nec Physica, nec Mathesi, nec Ethica considerandam esse, tamen pluribus hactenus probavimus cognoscibilis. spectare ad Metaphysicam, ubi tanquam unita Entis affectio pertractatur: Nec valet quicquam probatio Minoris, cum Metaphysica non tantum consideret Ens, sub ratione Entitatis & in momento primo, ut loquuntur quatenus denudatum est affectionibus; sed etiam in momento secundo, quatenus sc. Ens gaudet affectionibus. certas habet affectiones, inter quas etiam referenda Cognoscibilitas: Hinc non tantum Ens est Cognoscibile, sed etiam Ens, ut Cognoscibile, pertractatur in Metaph. si non adæquatè, prout est objectum adæquatum Metaphysics, tamen inadæquatè, quatenus est pars Metaphysics, & unitam Entis affectionem designat. Et, quid prohibet, quò minus dicere licet: Metaphysica considerat Ens, ut cognoscibile? anne dicere fas est? Metaphysica considerat Ens ut unum, verum, &c. In verbis simus faciles, si modò in rebus conveniamus.

CONTROV. III.

An Conceptus Objectivus sit Conceptus verus seu adæquatus? Neg. Exs.

Quoad statum Controversiae (1) Observ. quod conceptum objectivum

jectivum communiter definit: per rem, quæ propriè & immediate
per conceptum formalem cognoscitur seu representatur. Conf. Sva-
rez. Tom. 1. disp. Metaph. dispp. 2 sect. 1. Quamvis alii accuratiū eun-
dem definitum velint: per omne id, quod per conceptum formalem
representatur, eò quod & non - Entia intellectus objiciantur. Vid.
Voëtii Metaph. Ref. c 3. memb. 1. Verū, cùm non Ens in se non sit
conceptibile; sed potius ad modum veri Entis semper concipiatur;
male à Paul. Voëtio communis illa conceptus objectivi definitio cor-
rigitur: Interim Conciliationis ergò D. inter rem latè & strictè ac-
ceptam, quatenus notat rem & veram & falsam, realem & fictam;
& quatenus notat rem tantum veram & realem. Si res latè accipitur,
etiam communissima illa definitio conceptus objectivi admitti potest.
Interim & hoc addendum est, quod res, in prædicta definitione con-
ceptus objectivi, & directè, & obliquè sit sumenda, ut non tantum in-
cludat Ens, sed & affectiones Entis, quæ itid sunt conceptibiles, &
conceptum objectivum parere possunt. (2) Dist. & quidem (a) in-
ter conceptum objectivum absolute & respectivè talem, s. quatenus in
se spectatur, & quatenus ad nostrum refertur intellectum: de hoc non
de illo disquiritur. (3) inter Conceptum objectivum directum, qui ad
rem, extra intellectum positam, dirigitur, eamque immediate respi-
cit; & reflexum, qui ad rem, in intellectu existentem, reflectitur,
eamque concernit, non tam de hoc, quam de illo quæstio est. Hic enim
quoad rem Conceptus formalis est, & fit, quando ex uno Conceptu
formalium formo; quorum primus alterius Conceptus quasi obje-
ctivus est. (4) inter Conceptum objectivum verum & falsum, rea-
lem & fictum, adæquatum & inadæquatum; de utroq; queritur. (5)
inter conceptum proprium & figuratum; de illo litigatur. (6) inter Con-
ceptum verum & falsum, adæquatum & inadæquatum, reverā ta-
tem & putativum; de illo non de hoc controversia est.

Kan. 9.

Negativam nostram seqq. probamus. I. Q. est extra Mentem
positum non est conceptus propriè & adæquate talis. Atq. Conceptus
Objectivus &c. Ergò. Maj. Consequentia hæc est, quia Conceptus pro-
priè & adæquate talis est imago rei in intellectu hærens. Min. quia
Conceptus Objectivus, juxta communem definitionem; est res, quæ
propriè & immediate per Conceptum formalem cognoscitur; vide su-
prā; jam vero res, quæ cognoscitur, extra intellectum est & existit.

II. Q.

II. Q. est Objectum Conceptus propriè adaequatè talis, non est ipse Conceptus. Atq. Conceptus Objectivus sc. Ergò. Maj. iode constat, quod objectum & illud, cuius est objectum, sint diversissima. Min. ex ipso termino constat, siquidem conceptus objectivus idè dicatur objectivus, quòd sit objectum Conceptus sc. formalis. Vid. Eustach. de S. Paul part. i Met. c. 2. ut & Suarez cit. loc. qui ita loquitur: Conceptus Objectivus ideo dicitur Objectivus, quia non est Conceptus, ut forma intrinsecaterminans Conceptionem; Sed ut objectum & materia circa quam versatur formalis conceptio.

III. Q. Conceptus per extrinsecam tantum denominationem talis est, non est conceptus adaequatus, Atq. Conceptus objectivus. sc. Ergò. Maj. quia genus non per extrinsecam, sed intrinsecam denominationem de suis prædicatur speciebus. Min. quia Conceptus Objectivus nūl aliud est quam res Concepta. Res vero Concepta dicitur tantum extrinsecè non intrinsecè; haud secus, uti res visa & audita ita dicuntur. Prout itaque res visa non est ipsa Visio; sic res concepta non est ipse Conceptus. Quin imò, si accuratè loqui vellemus, ne quidem per extrinsecam denominationem conceptus objectivus s. res concepta Conceptus dicitur, cùm externa denominatione denominet rem non synonymicè sed paronymicè, vid. Adr. Heerebord. in Meletem. Phil. Vol. i. disp. 49.

A. n. 9.

Affirmativam tenent sententiam, qui p. conceptum ut sic dividunt in Objectivum & formalem; & postea multa faciunt verba de Conceptu Objectivo & formalí Entis, Objecti Metaphysici. Conf. passim Scholasticos: quamvis etiam multi fateantur, conceptum objectivum esse impropriè conceptum, Confuse cit. ante Suarezium & Eustach. de S. Paulo: p. qui Conceptum objectivum vocant intentionem passivam, quia est id, ad quod terminatur ipsa activa mentis intentione, nempe Conceptus formalis. Conf. C. F. d'Abra. de Racon. in Compend. Met. Tract. 3, Sect. 1. & alios.

A. n. 9. ἔλεγχος.

Licet Adversarii l. paucissima, l. planè nulla, pro affirmativa sua sententia, adducant argumenta; adeò ut nudum ipsis sufficiat dicere; tamen illa pauca, quæ forsan quis, illorum vices suppleturus, objicere posset, in medium producam. Sit itaque. Obj. 1. Q. est in intellectu, illud est conceptus adaequatus, Atq. Conceptus Objectivus

viii

nus Sc. Ergò. Maj. est nostra. Vid. arg. i. Minor ita declaratur, quod conceptus objectivus sit res concepta; jam verò omne conceptum est in intellectu, cùm intellectus sit concipere, & quicquid concepitur, in intellectu esse dicatur. Resp. i. Lim. Maj. Q. est in intellectu, illud, eò modo, quò est in intellectu, est conceptus, & sic Conced. tot. argum. Est quidem conceptus objectivus in intellectu; verū non realiter; sed tantum intentionaliter per sui imaginem, & sic non conceptus objectivus; sed formalis audit. Hinc Resp. 2. D. ad Min. inter conceptum objectivum materialiter talem, quatenus rem s. modum rei dicit; & formaliter talem, quatenus aptus est ideam s. imaginem sui in intellectu efformare & actu efformat. Hoc, non illò modo, est vel esse potest in intellectu. Obj. 2. Si de conceptu formalis potest alius conceptus formalis efformari, conceptus objectivus erit verus & adæquatus Conceptus. Sed verum prius. Ergò. Conn. Maj. hæc esse potest, quod conceptus formalis, à quo alius conceptus formalis projicitur, sit conceptus objectivus: sed Conceptus formalis est verus & adæquatus conceptus. Prius jam ante in *cūdīcto* fuit concessum. Resp. i. Limit. Maj. Si de Conceptu formalis directè potest alius conceptus form. efformari, conceptus objectivus erit verus conceptus. & sic N. prius. Cùm ille conceptus, qui de alio conceptu formatur, non sit directus; sed reflexus. Vid. *enīdīcto*; Resp. 2. ad *Prius*. quod, si conceptus formalis de alio conceptu formalis producitur, hoc non fiat sine fundamento in re; sed semper habeatur respectus ad ipsam rem, cuius est conceptus formalis; adeoque alter ille conceptus, ab alio conceptu formalis projectus, infert rem, si non immediate, tamen mediatae; & P. C. erit conceptus Objectivus, si non immediatus; tamen mediatus. 3. Obj. Q. per extrinsecam denominationem est conceptus, illud est verus conceptus. Atq. Conceptus Object. Ergò. Ratio Majoris hæc est, quod extrinseca denominatio etiam sit vera denominatio s. prædicatio, & P. C. veram pariat propositionem; sic quando enuncio: Paries est vilus: est vera proposition. Min. est nostra Vid. *Katādī*. Rat. 4. Resp. i. Lim. Maj. Q. per extrinsecam denominationem est Conceptus, illud est verus conceptus, si non realis; tamen nominalis; & sic Conced. arg. Resp. 2. ad Min. quod aliud sit; res est concepta, quod veram; aliud. res concepta est ipse conceptus, quod fallam parit propositionem. Tantum et.

iam de hac Controversia: superessent adhuc aliae quædam Contro-
versiae ut & Sectio Axiomatica subjungenda: sed, cum hic paginarum
angustia subsistere cogat, claudat Exercitationem hanc nostram.

Δ. T. Θ.

TΗν ὁδὸν εὐθέων ὅσγ' ἐποίησες Άυλην,
ἥδε καὶ ατρεκέως διπλωμένην ἔλεσαν Κύρρα
Ἐις τὸν θεολογὸν πνυτὸν τεκαὶ ευπερίπουσον.
Μὴ ωφετῶς ποιεῖς, ὅτι τῆς Ιερῆς Γραφῆς
Τέττα συζύγους Σοφίην θεοιδέα κάσμι,
ποιλάκις αὐτὴ ὅπαν καὶ εὐ λογίης θεοχεάπτοις
Διὰν δὲ φρεγδέως Φάσις ἄμμι Αἰγαῖας ὀπήσει,
Ἄλλοτε καὶ ἀφανῆ ἐν τοῖς ἔνδηλα κόδωσιν.
Γαῖα μὲν ἐπεικόσμῳ νῦν ποιλάκις φέρεται ἀγαναρχε
Σπυδαστὲς, πάριτην τοις διδαχῆς ἀμελεῖται
Ἄλλ' ὅτοι μέροπες τὸν ἀνειδέα θυμὸν ἔχεσσι;
Τένεκα καὶ πάντες μὴ κληρονομῶσι βρεφεῖς,
Αὐτὸρεὶ δινοφεροῖς ἐσ' ἀεὶ σκοτεῖσαι μέντοι,
περὶ καίνης εὐγερὸν θανάτου κανέφας ἀμφικαλύπτειν.
Τέτων δὲ γένεταις, πάλεγω, τημερτές ἔχοντων;
Εμμένεται τῇ Σοφίᾳ κάσμῳ (τὸ Σε κηρόδι πάθω)
Η φρέστες πεύσονται Νῦν καὶ δῆλον γένεσθαι ἀδῆ.

Hisce, Omnia Commensalia nomine, Pereximio Dno. Re-
spondenti, Commensali & Amico Iuvavissimo, de iterato in
Academia Varno-Baltica specimine gratulari voluit

Christianus von Commerfeld.

Tu, cathedram scandens, Ens Cognoscibile quodvis,
perdoctū verbis, Dulcis Amice, doces:
Scilicet Ens Summum post hāc in sede beata
Cognosces, & sic præmia larga feres.
Paucis hisce Amici ac Commensalis sui coeptis
applaudere voluit.
SIMON DANIEL von Busch/ M. W.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730587134/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730587134/phys_0039)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730587134/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730587134/phys_0040)

DFG

jectivum communiter definit: per rem, quae
per conceptum formalem cognoscitur seu repr
rez. Tom. 1. disp. Metaph. disp. 2 sect. 1. Quam
dem definitum velint: per omne id, quod per
repräsentatur, eò quod & non - Entia intelle
Voëtii Metaph., Ref. c. 3. memb. 1. Verum, cum
conceptibile; sed potius ad modum veri Entis
malè à Paul. Voëtio communis illa conceptus ob
rigitur: Interim Conciliationis ergo D. inter
ceptam, quatenus notat rem & veram & falsam
& quatenus notat rem tantum veram & realem.
etiam communissima illa definitio conceptus ob
Interim & hoc addendum est, quod res, in præ
ceptus objectivi, & directe, & oblique sit sumenda
cludat Ens, sed & affectiones Entis, que itid.
conceptum objectivum parere possunt. (2) D
ter conceptum objectivum absolute & respective
se spectatur, & quatenus ad nostrum referuntur in
de illo disquiritur. (3) inter Conceptum objectivi
rem, extra intellectum positam, dirigitur, eam
cit; & reflexum, qui ad rem, in intellectu ex
eamque concernit, non tam de hoc, quam de ille
quoad rem Conceptus formalis est, & fit, quan
formaliam formo; quorum primus alterius
Aivus est. (4) inter Conceptum objectivum ve
rem & fictum, adaequatum & inadæquatum; d
inter Conceptum proprium & figuratum; de illo
ceptum verum & falsum, adaequatum & inada
lem & putativum; de illo non de hoc controversi.

Katān

Negativam nostram seqq. probamus. I.
positum non est conceptus propriè & adæquate
Objectivus &c. Ergo. Maj. Consequentia hæc est
prie & adæquate talis est imago rei in intelle
Conceptus Objectivus, uixta communem defin
propriè & immediate per Conceptum formalen
Præ: jam vero res, quæ cognoscitur, extra in

thes
mediate
nf. Sva-
üs eun-
malem
r. Vid.
non sit
piatur;
io cor-
icte ac-
fictam;
cipitur,
potest.
ie con-
dūm in-
biles, &c
a) in-
tenus in
hoc non
qui ad
è respi-
ctetur,
ic enim
nceptu
si obje-
, rea-
tur. (d)
er Con-
erà ta-

*Sententia
nceptus
us pro-
in. quia
es, qua
vide su-
c existit.*

